

PVNCTVM V.

*De Rajis Laevibus, et in specie de Lævi Raja, Undulata,
et Oculata.*

TAB. X. 1. 2.
3. 4. 5. 6. **R**ajae in Laeves et asperas optime
distinguuntur: Inter illas, qua-
rum aliae acuto, aliae obtuso rostro
funt, prima est quae *λειβατος* simpli-
citer Graecis, **LAEVIRAI** Latini,
Mucosa, et a lata fascia qua mu-
eus seu potius coryza in laborantibus
excipi solet, *Bavosa* Romanis dicitur.
Omnium est sui generis piscium post
bovem maxima.

Corpo quidem tenui, sed in amplissimas alas expanso. Cute ab aculeis nuda. Uterque oculus, media dorsi linea, et cauda tenuioribus et raris *aculeis* muniuntur, sed et in supina parte quidam in os, quod latum est, cibi sine dubio retinendi causa, recurrescunt. *Rostrum* tenui et pellucida cartilagine, constat. Alae utrinque expancae tenues sunt, et prona parte nigricant. *Cauda*, quae tribus aculeorum ordinibus, instruitur, tota supina parte alba est. *Rima* quae podici, pudendum muliebre refert. Quam Aldrovandus describit, maculis supina parte nigris undique variabat. *Rostrum* pars in obtusum angulum, figura depressa, et quasi quadrangula tendebat. Branchias quinque detectas, habebat. Inter cutem et peritonaeum albida caro mucosa, panniculi carnosí vicem obtinebat. *Intra*, *hepar* erat in latitudine ventris, ex albo ruffe-

scens, tribus lobis, linguarum figura referentibus, quorum medius brevissimus, distinctum. Sub hepate figurae planae ventriculus, pars convexa ad finistrum vergebatur latus, concava in spinam. *Mesenterium* ad connexionem ventriculi et intestini medio hepatis lobo colligatur, sub ventriculo caro cernebatur, rubicunda, lienis forte vice fungens. *Cor* thoracis sinu exiguo triangulare, exiguum, truncō unico veluti pediculo appensum continebatur.

R A I A U N D V L A T A a maculis flexuosis ita dicta, a colore *Cinerea* dicitur. Corpus ovi potius est, quam Rhombi forma, prona parte multis finuosis lineis describitur. *Aculei* in linea dorsi pauci, parvi, et rari; circa oculos nonnulli; in cauda majores et densiores triplici ordine disponuntur.

R A I A O C V L A T A et laevis, *Asterias* quibusdam, sed perperam dicitur. Nam et *Galeus* a maculis, *Asterias* a maculis stellatim dispositis ab Aristotele nominatus est: quales in ista minime deprehenduntur; et *Asterias* veterum tenerior est bonique fucci; quod de hac dici non potest; et Galli hoc genus *Miralet* a specularum parvorum similitudine vocare solent.

PVNCTVM VI.

De Oxyrincho majore et Raja stellari.

TAB. X. 8. **D**uo **OXYRINCHORVM** genera
(a rostri acumine ita dicuntur)
Rondeletius facit. *Majorem* unum,
Minorem alterum. Bos ille Bellonii
est; non quod quadrupedem repre-
sentet; sed quod Rajarum generis
maximus, ad Bovis magnitudinem
ex crescatur. Ligures *vaccam* vocant,
in quibusdam Galliae locis *Elena*, qua-
si subulam, quod piscis rostrum tale
sit, dicitur. Ex ^a planis cartilagineis
Bovem esse dubitari non debet. Ad

duodecim ulnas latitudinis ex crescere.

^b Oppiani authoritate affirmo. In ^b Oppian.
descriptione non convenienti Autho-
res. Dorso, facie, lateribus admone-
dum niger est. Supinae partes albi-
cant, si Aeliano ^c credendum. Bel-
lonius toto corpore lividum facit. ^c Aelian. H.
Eidem dentes habet truces, hamis in
modum inflexos, triplici ordine in
maxilla dispositos, eosque mobiles.

^d Oppiano sunt obscuri et exigui. ^d Oppian.
Aeliano adeo inclusi, ut in conse-^{i. c. v. 145.}

^a Arist. H.
A. l. 5. c. 5.
Plin. H. N.
l. 9. c. 24.